



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

79. Quando expiret jurisdictio Vicarij Capituli Sede vacante? Ex p. 8. tr. 4.  
res. 69.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



## RESOL. LXXVIII.

An Vicarius, seu Officialis Capituli Sede Vacante possit exequi dispensationes directas Vicario Generali Episcopi?

Et quid est dicendum de commissione, seu delegatione facta Episcopo mortuo? Ex p. 8. tract. 4. Rel. 66.

Sup. doctrina contenta in hac Resol. in Ref. præterita & lege etiam doctrinam alterius Ref. eius primæ annot.

§. 1. Negatiuè respondet Garcia de benefico. tom. 1. parti. 6. c. 2. n. 40. vbi sic ait: Dubitatur an Vicarius, seu Officialis Capituli, Sede Vacante, possit exequi, & expedire dictas litteras in forma Dignum, & dispensationes directas Officiali, seu Vicario, simpliciter dicendo, v. g. Officiali Abulensi commissa Episcopo, vel eius Vicario, certum est non posse expediri per Vicarium Capituli, Sede Vacante, cum non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis, Gloss. in dict. Clem. Et si principalis. verb. Episcopi, & ibi Doct. Felin. in dict. cap. eam ten. 17. Panvin. dict. quest. 10. part. n. 2. Lambert. de iure par. 3. part. 2. lib. 2. art. 7. n. 3. Cuchus dict. tit. 8. n. 39. Sbrozcius lib. 1. q. 16. Marc. Anton. Genuenf. cap. 84. n. 12. quamuis Zecchius dict. cap. 13. de Vicario Episcopi, §. 1. n. 1. dicat dici Vicarium Episcopi, etiam qui deputatur à Capitulo Sede Vacante, & quamuis contrarium in proposito teneat Thomas Sanchez dict. disp. 27. num. 33.

2. Et quidem in proposito dubio videtur affirmatiuè respondendum; nam Vicario, seu Officiali Capituli Sede Vacante, possunt de iure dirigi delegationes, & rescripta Papæ, non secus ac Officiali Episcopali, cum sit Vicarius, seu Officialis iurisdictionis Episcopalis, dict. Gloss. verb. Episcopi, dict. Clem. Et si principalis, & ibi. Imola num. 20. Cardin. 15. & Abbas sub. n. 1. Panvin. d. quest. 10. 2. part. n. 8. & 9. Hier. Paul. in pract. Cancell. & de iudicibus, & eorum ordine, versio. item nota. Rebuff. in practi. tit. de Vicariis Episcoporum, num. 4. Sbrozcius lib. 2. q. 23. n. 3. & Flores q. 4. num. 1. & alij, quamuis dubitet Bonifacius in d. Clem. Et si principalis, num. 32. & ita in Hispania solent Nuntij causas delegare Officiali Capituli, Sede Vacante.

3. Et licet Vicarius, seu Officialis, v. g. Abulensi Capituli, Sede Vacante, non sit verè Vicarius, seu Officialis Episcopi, vt dictum est, tamen Vicarius, seu Officialis Abulensi Capituli, Sede Vacante, absolute, verè, & simpliciter est Vicarius, seu Officialis Abulensi, vt patet, ergo, & sic practicum est in aliquibus Episcopatibus Hispaniæ, Sede Episcopali Vacante, & ita proxime feruere ait Flores ibi, & tenet Thomas Sanchez supra n. 32.

4. His tamen non obstantibus, contrarium est tenendū vt certum attento stylo Curie, & Cancellaria, quæ Sede Episcopali Vacante, non dirigit huiusmodi litteras in forma Dignum, nec dispensationes, &c. Officiali Capituli, qui non confidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius Officiali, de quo stylo restatur Hier. Paulus in dict. practica Cancellaria in princip. versio. circa qualitatem personarum, & est notissimus omnibus in Curia medioeriter versatis, & apparet ex litteris quæ huc transmittuntur indirectè viciniori, in quibus dicitur, quod quia Sedes Episcopatus partium vacat, committitur illi, tanquam viciniori, &c. & clariù ex litteris mutationum iudicium, quæ occasione Sedis Vacantis 19. notatæ temporis prædictarum litterarum directarum Officiali illius Episcopatus simpliciter, vel superuenientis, ante illarum executionem, in quibus in substantia dicitur, quod quia prædictæ litteræ directæ fuerunt Of-

ficiali, v. g. Abulensi, & Sedes dicti Episcopatus vacet, idè vt dictæ litteræ debitum consequantur effectum committit viciniori illarum executionem, &c. & vide super hoc litteras perinde valere datas anno 1600. cuidam profuso à Vicario Capituli Abulensi. Sede Vacante, de quodam beneficio simpliciter resignationem, in quibus dicitur, quòd Officialis procedat ad executionem priorum litterarum, in forma Dignum, ac si à Vicario Capituli executæ non essent, absoluedo illum ab inhabilitate, propter intrusionem & perceptionem fructuum inculsa, & remittendo ei fructus perceptos, tamen vt priùs debeat dimittere liberè dictum beneficium in suis manibus, &c. Cum ergo, Curia & Cancellaria, nolit committere Officiali Capituli, Sede Vacante, aperte constat sub nomine Officialis, seu Vicarij, absolute prolata in litteris, quæ diriguntur Officiali, v. g. Abulensi. intelligere Officialem Episcopi, & non Capituli. Et hæc omnia docet Garcia loco citato.

5. Sed sententiam affirmatiuam Sanchez tenet etiam Monetam de commut. vlt. vol. cap. 5. num. 500. & seqq. nominatim contra Garciam, quem tamen nouissimè sequitur Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 29. num. 296. Sed de hac questione à nobis alibi dictum est.

6. Nota etiam quòd noster Naldus ad Decretales tit. de hereticis, cap. ad abolendam, tenet opinionem Garcia; qui tamen secus dicit de commissione, seu delegatione facta Episcopo mortuo: hanc enim existimat expediri posse per Vicarium Capituli: pro quo citat Garciam loco cit. num. 48. Sed hæc opinio est omninò improbabilis: nam causæ delegatæ Episcopo mortuo, non possunt expediri per ipsum Capitulum: quia non succedit Capitulum in iurisdictione Episcopi delegata, sed tantum in ordinaria vt ostendimus supra. Ergo neque poterunt expediri per Vicarium Capitulum; quia in hunc non transit maior potestas, quam sit in hoc ipso Capitulo. Et hæc sententiam tenet aperte Garcia dict. num. 48.

## RESOL. LXXIX.

Quando expirat iurisdictione Vicarij Capituli, Sede Vacante? Ex p. 8. tract. 4. Rel. 69.

§. 1. Ad hoc dubium respondet Marcellus Volpe in practi. fori Eccles. c. 44. n. 32. quòd potestas, & iurisdictione Capituli expirat, statim quòd Sedes cessat esse vacans: & est tunc quando nouus Episcopus adeptus est possessionem Episcopatus, Panvinus p. 2. q. 10. n. 19. Hostiensis in cap. cum olim, ill. de restit. spo. ill. & non sufficit, quòd Episcopus sit electus; quia Episcopo nominato non licet Vicarium mittere. Abbas in cap. qualiter, de elect. & vt Capituli cesset potestas, necesse est, quòd capiatur possessio Episcopatus cum Bullarum ostensione. Quaranta loco citato num. 13. quia Sedes Episcopalis intelligitur semper vacare, donec litteræ Apostolicæ Prælati præsentatæ fuerint Capitulo, Extravaug. inunctis, de elect. & potest Vicarius Capitularis continuare exercitium iurisdictionis, donec nouus Prælati adeptus fuerit possessionem. Nec obstat, quòd Prælati tract. de resignat. lib. 7. q. 23. tenet, cessare vacationem per prouisionem factam, de nouo Prælati, & litteris expeditis; & restatur ita, fuisse resolutam in Rota Romana die 28. Iunij 1583. quia à dicta decisione fuit recessum, de mente Iulij eiusdem anni 1583. in eadem causa, vt refert Gonzales super regula vltima Cancellaria, Gloss. 1. §. 2. n. 88. & ita communiter obseruetur. Et hæc omnia docet etiam Merolla tom. 3. disp. 7.